

La Aldea, 4. V. 1935.

Illustrissimo ac Reverendissimo Domino
Carlo Casanueva
Rectori Universitatis Catholicae Chilensis.

Reverendissime Domine

Reverentiam Vestram certissem facio me Lodi
recepisse responsionem affirmativam ex parte Do-
ctoris Helzenberger Professoris extraordinarii Theolo-
giae Moralis in facultate Theologica catholica Uni-
versitatis Herbipolensis. In epistola, quam una cum
traductione accludo his litteris Reverentiae Vestrae
mittendis, ipse Professor declarat se laeto animo
accipere hanc invitationem Reverentiae Vestrae pro
uno anno, si ex parte Ministerii Educationis in Ger-
mania nihil obstat, se accipere quoque condiciones
sibi expositas etc... Quam epistulam Lodi mane
accepi. Paucas horas postea Sr Helzenberger via
telegraphica me certissem fecit se recepisse licen-
tiam pro uno anno ex parte Ministerii Educationis.
Accludo etiam hanc notitiam telegraphicam una cum
traductione. Sr Helzenberger ergo nihil amplius

expectat nisi responsionem Reverentiae Vestrae
cum transmissione telegraphica pecuniae ad iter
faciendum. D^r Helgenberger venturus est. Hunc nun-
tium faustum Reverentiae Vestrae mittere volo, quia
certus sum D^r Helgenberger professorem optimum om-
nibusque qualitatibus necessariis instructum fore. Obli-
tus sum Reverentiae Vestrae dicere Professorem Helgen-
berger habere etiam "curam animarum omnium studen-
tium catholicorum in ipsa Universitate Herbipolensi."
Hoc officium certe non haberet, nisi esset persona grata
ante Episcopum.

Testimonium ipsum Reverendissimi Domini Episco-
pi Herbipolensis adhuc desideratur. Quid faciendum?
Ex una parte Reverentia Vestra indiget hoc testimonio
pro Sancta Sede, ex altera parte tempus breve est, quia
D^r Helgenberger iam exeunte mense Martii hic stare de-
bet. Quidquid est, saltem nuntium laetum Reverentiae
Vestrae mittere volo. Et Reverentia Vestra disponat, quo-
modo iudicat opportune. Directio D^r Helgenberger est:
Helgenberger Würzburg Alemania Hofstrasse 16. Hoc sufficit
pro responsionis telegraphica.

Summa qua par est reverentia
cum Reverentiae Vestrae
addictissimus in X^o.

P. Rudolf Arbermann
1889.